

## ADVENTUS.

V S V S.

1. Notetur quod Christus hanc vitam comparat hyemi propter tristitiam, inopiam, variasq; quas ea ætas secum fert molestias. Æternam verò vitam, quam in novissimo die credentibus communicabit, æstati propter amœnitatem, ubertatem, agilitatem.

2. Non offendamur etiam securitate impiorum, qui signa proludibrio habent, sed refutemus illos ex Petro.

I. Pet: 3.

## DE III. LOCO.

*Quomodo autem nos preparare debemus, erga extremum iudicium?*

1. Vitemus crapulam, ebrietatem & avaritiam. Quod persuadet nobis Christus à causâ finali? *ne inopinatos nos dies ille invadat,*

V S V S.

1. Innuit Christus, quod circa novissimum diem ejusmodi peccatis mundus erit deditus.

2. Vitemus propter gravissimâ Christi dehortationem ejusmodi peccata.

3. Probè etiam notandum, quod Christus subito venturus sit, nihilq; tale nobis cogitantibus. (*Lucæ 12. 2. Pet: 3. 1. Thes: 5. Apocal: 3. 22.*

A S

II. Vi-